3.

HYPOTYPOSIS HARMONICA

LINGUARUM ORIENTALIUM:

CHALDÆÆ,
SYRÆ,
ARABICÆq;

Cum Matre EBRÆA.

Autore

ANDR. SENNERTO, P.P.
in Acad. Witteberg.

Lectori benevolo
S. P.

*PRæsentium harum pagellarum, ut ne etiam ignores, Benevole Lector, scopus hic quidem est noster geminus. Primùm, ut præsuppositis præsupponendis nimirum, perceptisq; à tyrone linguæ ante omnia, ut par quidem omninò erat, Præceptis literaturæ Ebrææ, & si placet his nostris præmissis, Universalissimisq; iisdem, Introductio hæ essent, sive summa quædam compendiaria (*Hypotyposis*) vel quocunq; alio placet uti nomine, quâ manu-duceremus successivè & pedetentim eundem, animusq; tingeretur quasi ejusdem primùm leniter ad plenius planiusq; deinceps multò sequiores indigitatasq; percipiendas addiscendasq; linguas Orientales. Deinde ut, quod tantopere desideratum est hactenus à nonnullis, daremus Harmoniam, eandemq; Compendiariam item, harum trium linguarum primigenarum nobilissimarumq; matris suæ Ebrææ: quâ cùm quid commune inter sese, tùm verò atq; præsertim etiam cum matre laudatâ habeant eædem digito quasi intento monstraretur. Ac quantumvis jam in distinctis, & in hunc finem conscriptis à nobis libellis, extet quidem eadem, Chaldaismo scil. Syriasmo & Arabismo, sic dictis, nostris; ipso hoc, posteriori, propediem item prelo committendo, (ita enim habemus adhuc, statq; fixa omninò animo hæc sententia, salvis aliorum quorumcunq; judiciis, abundetq; imò quisq; suâ sententiâ, in gratiam tyro-*

num & vitandæ omnis confusionis ergò, non insuper habitâ tamen harmoniâ, distinctè & separatim hasce tradendas esse linguas, minimè verò conjunctim: multò enim fortassis (at enim quid?) plura sunt illa, quæ peculiaria sunt unicuiq; harum, quàm quæ communia: confer sodes singula atq; omnia, testeturq; experientia) attamen & quasi de superfluo, quæ in primis elementis, fundamentis sive lineamentis harmonica habeant eadem, quæcunq; illa sunt, parvis hisce inclusa nunc dare chartarum spatiis, oculisq; simul atq; semel, & sub unum quasi obtutum eadem subjicere placuit quoq;. Præter enim hæc, omninò quæ damus, nisi in specialioribus fortasse (quæ huc non spectant) & quæ magis ad annotationum sive exceptionum, quàm regularum & præceptionum perpetuam illam pertinent rubricam, vix gemina aut harmonica habebuntur. Atq; aliàs, & hic quidem, accersenda fuerunt à nobis nihilominus non pauca, quæ singulis peculiaria sunt ac propria quadammodo his lingvis suis. Nunc interea, quicunq; voles uti juxtà nobiscum hisce qualibuscunq;, Lector benevole, viæ habebis profectò primæ commodum Tibi, facilemq; ac jucundum Comitem ducemq;. B. V.

Lingva-

בשש

LIngvarum Orientalium, Chaldææ, Syræ Arabicæq; Præcepta iisdem totidemque absolvuntur nobis & Libris Capitibusq;, quot Ebræa. Est igitur & hîc, ὡς ἐν τύπῳ καὶ συνόψει:

LIBER I.

De ETYMOLOGIA.

CAPUT I.

De *Lingvarum harũ triũ lectione.*

I. Chaldæi, Syri Arabesq; & suarum lingvarum prima Elementa habent Literas sive Consonantes & Vocales: ex quibus deinceps fiunt Syllabæ.

II. Chaldæi & literas & puncta Ebræorum singula retinent. Syri Arabesq; proprios utrinq; agnoscunt characteres. *Litera.*

Literas Syri habent item XXII.

ܐ ܒ ܓ ܕ ܗ ܘ ܙ ܚ ܛ ܝ ܟ ܠ ܡ ܢ ܣ ܥ ܦ ܨ ܩ ܪ ܫ ܬ

Olaph, Beth, Gomal, Dolath, He, VVau, Sai, Cheth, Tetb, Jud, Coph, Lomad, Mim, Nun, Semchath, Ae, Pe, Tſode, Koph, Riſch, Schin, Tau.

Arabes vulgò XXVIII. ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ ع غ ف ق ك ل م ن و ه ي

Elif, Be, Te, Thſe, Gjim, Hha, Cha, Dal, Dhſal, Re, Ze, Sin, Schin, Sad, Dad, Ta, Da, Ain, Gain, Fe, Kaf, Cef, Lam, Mim, Nun, VVau, He, Je.

III. Ratione formæ utriq; in fine item agnoſcunt literas partim immutatas, partim dilatatas utcunq;. *Quæ V. ſuo loco.* Item plerasq; inter ſe ſe connexiles: ut:

ܒܓܝܟܠܡܢܣܥܦܨܩܫܬ

بتثجحخسشصضطظعغفقكلمنهي

IV. Ratione Organi & hîc dividuntur in quinq; claſſes; correſpondentes Ebræ-

Ebræorum: atq; Arabibus lingvales & dentales vocantur *Solares*, reliquæ *Lunares.*

V. Literas quieſcentes Syri & Arabes tantùm habent tres: ܝ ܘ ܐ , ي و ا

VI. Vocalium diviſio in longas & breves hîc nulla eſt. Numerantq; Syri haſce quinq; ܒܰ vel ܒܳ, *pthocho*, a: ܒܶ vel ܒܷ, *rebhotso*, e: ܒܻ vel ܒܺ *chebhotso*, i: ܒܳ vel ܒܳ, *ſekopho*, o: ܘܳ ܘܽ vel ܘܽ, *etsotso*, u. Arabes tres: بَ *phatha*, quod ſonat *a* tantùm: بِ *ceſra*, *e* & nonnunq. *i*: بُ *damma*, *o*, rariùs *u*. *Vocales.*

Syri porrò diphthongos, ſic dictas, etiam agnoſcunt. ut: ܘ *au*, ܝ *ai*, ܝ *oi*.

Arabes vocales geminatas ſive nunnatas, quas vocant: h. m. بً بٍ بٌ *an*, *in*, *on*.

VII. τȣ̃ Scheva hîc idem munus eſt, quod Ebræorum: & ſimplex tantùm habetur, (excipe Chald:) idemq; quieſcens ubiq;, uti ſuâ naturâ omne eſt Scheva. *Scheva.*

Notam

Notam hujus Syri tamen nullam habent, ſubintellecto ſaltim eodem, ſicubi opus. Arabes ſuum circello exprimunt, h. modo : ◦ vel ◦̇ & *Giezma* vocant.

Pathach furtiv. VIII. Pathach furtivum hîc nullum eſt.

Dageſch lene. IX. Dageſch lene Syri literis imponunt, & *Kuſchoi* appellant (Raphe Ebr. *Ruchoch* , puncto ſubſcripto) Arabes nullum planè agnoſcunt.

Dageſch forte. X. Dageſch forte Syri non habent. Arabes viciſſim idem agnoſcunt : & *Teſdid* vocant : cujus hæc eſt figura ‿ : triplexq; eſt. Euphonicum hîc præcipuè verò notandum, quod ſuam peculiarem ſequitur in lectione rationem : quod iterùm faciunt triplex : initiale, deltale ـ, lamdale. *V. hæc ſuo loco.*

Literæ Quieſcẽtes. XI. Literas Quieſcentes, ut ſuprà dictum, Syri & Arabes tantùm habent tres : ـ ܘ ܐ, ا و ي Acquieſcunt hæ apud Syros frequentiſſimè, non certà aliquâ & magnâ

magnâ ſæpè ratione, ſed tacitâ conſenſione gentis & uſu. De cœtero verò atq; aliàs ſingulæ & hîc utrinq; præviâ ſuâ vocali homogeneâ; quemadmodum apud Ebræos ferè.

XII. Mappik hîc nullum eſt. *Mappik.*

XIII. Arabes adhæc peculiaria habent hæc tria elementa: *Medda, VVesla,* & *Hamza.*

XIV. Medda ſervus eſt & nota cõmunis omnium trium literarum quieſcentium: cujus hæc eſt figura ~. *Medda.*

XV. VVesla (cujus hæc eſt figura -) τȣ Elif, & ſervilis quidem in ſpecie, in principio dictionis poſiti: cujus præterea officium adeo & hoc eſt, dictionem hanc cum præcedente unire, ut una fiat, ratione pronunciationis. Unde & Elif ipſum, cui adſcribitur, Unionis tunc vocatur: quod triplex faciunt: verbale, nominale, & articulare. *De quo ſuo loco.* *Wesla.*

XVI. Hamza ſervus eſt & nota lite- *Hamza.*

ræ Elif mobilis in ſpecie. Hujus hæc eſt figurâ ٭ Venitq; haud rarò pro ı ipſo.

Syllabæ. XVII. Syllabæ ratio eadem utrinq; eſt, quæ Ebræis & Chaldæis.

XVIII. Deniq; notetur adhuc: Syri abſentibus punctis Vocalibus fere ambiguam vocum lectionem & ſignificationem puncto etiam diſtingvunt unico, upra vel ſubſcripto, vel ad latus literæ item poſito. *V. ſuo loco.*

CAPUT II.

De Accentibus.

Accentus. I. Chaldæis eadem horum ratio eſt, quæ Ebræis.

II. Syri atq; Arabes accentuum notas nullas habent. Modulatio vocum tamen analogiam viciſſim qualemcunqve habet cum Ebræâ & Chaldeâ lingvis. Obſervari tamen poterunt utcunqve ſequentes regulæ duæ:

Apud Syros in diſſyllabis accentus ſæpius-

piusculè est in ultimâ syllabâ : in polysyllabis idem est omninò in penultimâ.

Apud Arabes contrà dissyllaba attollunt penultimam : polysyllaba fere antepenultimam.

III. Distinctionum (loco acentuum Ebr.) notas etiam habent utriq;. *Quas V. suo loco.* *Distinctionum notæ.*

CAPUT III.

De affectionibus Vocis communibus, & Ejus Divisione.

I. Totidem & hîc numeramus circiter affectiones Vocum communes, quot apud Ebræos, h. e. IX. *V. illas ibid.* Militantq; in singulis tribus hisce lingvis pleraq; illa, quæ adscripta sunt ibidem circa singulas. *Affectiones Vocum communes.*

II. Circa Originem in literis servilibus apud Chaldæos, Syros, imprimisqve Arabes, exigua quædam varietas est. *Origo.*

ſcil. & ܘ illis & iſtis ſervile eſt, ש ܫ verò radicale. Arabibus hæ ſunt ſerviles ſeptem: يتسمنها & inſuper quatuor: بنلكو : reliquæ omnes radicales.

Numerus. III. Syri numero plurali puncta ܒ duo diacritica plerumq; imponunt, *Ribbui* dicta. Arabes & in Verbis agnoſcunt Dualem numerum.

Vau porrò ſervile quieſcens in Verbis & apud Chaldæos, Syros Arabesq; format pluralem numerum. Quod tamen Chaldæi & Syri præcedente Jod radicali movent: hâc verò, ut & א vel ה tertiâ rad. abjectâ apud illos quieſcit in Cholem, apud hos verò in certis formationibus diphthongeſcit, præcedente pthocho. ut: תַו חֲוַו עֲנוֹ שְׁרִיו רְמִיו

Genus. IV. Genus fœmininum Chaldæi, Syri, Arabes formant per ה ſervile vel ܐ: Syri etiam per Jud. ut: פְּקַרְת plur. פְּקָרָܐ & פְּקָרִי Sic: טָבָܐ & טָבְתָܐ *bona.*

Tertia deniq; pluralis Præteriti in Verbis

bis ubiq; habet genus diſtinctum. *V. hæc ſuo loco.*

CAPUT IV.
De Verbo.

I. Affectiones, ſic dictæ, Verbi ſpeciales & hîc commodè numerantur hæ quinq; 1. Conjugatio. 2. Diatheſis. 3. Significatio. 4. Tempus. 5. Formatio ejusdem cùm generalis, tùm ſpecialis ratione ſingularum Conjugationum.

Conjugatio & Diatheſis. It: Significatio

II. Conjugationes Chaldæi & Syri tantùm habent tres: quartam Ebræorum non agnoſcunt. Prima activa vocatur *Peal*, Secunda *Paël*, Tertia *Aphel*: paſſivis modò additâ ſyllabâ אֶת vel ܐܬ

III. Arabes XIII. vulgò numerant Conjugationes, ſingulas ſub duplici formâ: exceptis nonâ & undecima. Easdem, extra primam ſive radicem ipſam, in tres Claſſes diſtingvunt: quarum prima radici unam adjicit literam characteriſticam, (characterem) ſecunda duas,

tertia tres. In primâ Classe sunt Conjugationes: 2.3.4. In secundâ: 5.6.7.8.9. In tertiâ: 10.11.12. & 13.

IV. Circa dictas vulgò totidem Conjugationes militant & hîc, quæ apud Ebræos annotata sunt ferè singula.

V. Luxuriantur hac ratione verò, Arabes maximè, ob multiplicem & variam unius thematis significationem & consignificationem.

Tempus.

VI. Tempora totidem etiam cum Ebræis Chaldæi, Syri & Arabes numerant: ac singulorum eadem quoq; ratio est fere: observatis insuper tamen paucis quibusdam aliis. Ita Enallage eorundem. Infinitivus Arabibus merum Nomen Verbale est.

Formatio Temporum generalis.

VII. Tertia masculina Præteriti ubiq; radicem exhibet. Ejus formatio, (ita reliquorum temporum) non eadem quidem, nec dissimilis tamen planè est Ebræorum. Chaldæa, Syra atq; Arabica tamen

mē lingva majorem inter ſe habent con-veniētiam quandam. *Confer Paradigmata ſingula.*

VIII. Futuri ſecundi perſonæ in ו & י deſinentes apud Chaldæos, Syros & Arabes adſciſcunt (ordinariè) in fine Nun, quod Ebræis eſt paragogicum. Et Arabibus activum formatur à præterito: paſſivum ab activò: præpoſitis (ubiq;) pro more איתן, in fine יונא

IX. Imperativus (aliàs Futurum I.) Arabibus formatur à Futuro II. literâ איתן abjectâ: obſervatisq; inſuper obſervandis: & ultima radicalis perpetuò habet gjezma.

X. Infinitivi forma Chaldæis atq; Syris ſua peculiaris eſt. Arabibus, ut partem ſuprà dictum, idem refert Nomen Verbale, in caſu accuſativo poſitum.

XI. Participii formatio eadem ubiq; cum Ebræis fere eſt.

XII. For-

Formatio specialis Conjugat. singular.

XII. Formatio Verbi specialis per singulas Conjugationes *V. suo loco.*

Notentur nihilominus hæc seqq:

1. In Præterito Conjug. I. activæ apud Chaldæos & Syros prima radicalis habet Scheva: secunda vocalem primam vel secundam. Apud Arabes singulæ radicales habent suam vocalem: prima & ultima phatham: media idem, rariùs Cesra, rarissimè Damma.

2. In Futuro I. Conjng. I. activæ apud Chaldæos & Syros prima radicalis habet Scheva: secunda vocalem quintam vel primam. De Arabibus *V. suprà Membr. IX.*

3. In Futuro II. apud Arabes literæ אית״ן in omnibus Conjugationibus habent phatha: exceptis 2.3.& 4. ubi est damma. Prima radicalis in Conjug. I. habet gjezma: in reliquis (ita etiam servilis præcedens & sequens) punctum præteriti. Media in primâ Conjugatione singula admit-

admittit puncta, observatis tamen observandis: in reliquis habet Cesra, rariùs Phatha. Ultima in omnibus Conjugationibus Damma.

4. De Infinito *V. suprà Membr. X.* Arabes præsertim hîc ejusdem formas habent perplurimas: usu vel maximè notandas.

5. In Participio præsenti Conjug. I. activæ apud Chaldæos & Syros, prima radicalis habet vocalem quartam, secunda secũdam: in præterito prima scheva, secunda vocalem tertiam. Apud Arabes prima in Conjugat. I. phatham, in reliquis punctum Futuri secundi. Secunda in omnibus Conjugationibus cesram, tertia damma nunnatum.

6. In Præterito passivo Conjugationis I. apud Chaldæos & Syros secunda radicalis habet vocalem secundam, rariùs primam. Apud Arabes prima vocis litera (sive radicalis sit eadem, sive servilis, in

quacunq; Conjugatione) habet damma (ita subsequens sit: vocali propriâ mobilis:) media cesra, ultima phatham.

7. Circa reliqua tempora passiva *V. & consule paradigmata singula, suo loco.*

8. In Secunda Conjugatione apud Chaldęos manet character Ebr. Dagesch forte. Prima radicalis utrinq;, & apud Chaldæos & Syros, in omnibus temporibus activis habet vocalem primam, secunda secundam: in passivis prima & secunda vocalem primam.

9. In Conjugatione tertiâ Chaldæi characteristicam Ebr. ה plerumq; retinent. Syri ן cognatum assumunt: & character ubiqve adsciscit vocalem primam. Secunda radicalis habet vocalem secũdam, apud Chaldæos etiam tertiam. Peculiari Passivo utriq;, quoad formam, fere carent.

10. De sequioribus Arabum Conjugationibus dictum partem in superioribus

bus. De cætero *V. & conſule Paradigmata ſingula, ſuo in loco.*

CAPUT V.

De Nomine.

I. Nominis & hîc conſideranda ſunt in ſpecie: Forma, Genus, Motio, Declinatio, Numerus, Caſus & Comparatio.

II. Formæ Nominum nudorum uſu maximè & hîc, partim ex Præceptis tamen (quæ vide) addiſci poſſunt. Heemanticæ literæ ſex, eædemq́; item ſunt: האמנתי, excepto tamē ה: cuj9 defectum viciſſim, quoad numerum Syri per VVau, Arabes Sin penſant. Habent & Arabes in ſpecie Nomina ſua Variabilia & invariabilia, quæ vocant ita: illa, quæ in fine nunnationem ſive vocalem nunnatam *(V. Cap. I. membr. 6.)* admittunt, hæc contrà. *Forma.*

III. Loco ה Ebræorum emphatici, quod vocant vulgò, venit Chaldæis & Syris ferè τὸ ܐ in fine nominibus appoſitum

situm,præcedente apud illos Kamets longo,hos Sekopho. Arabes verò præponunt iisdem,planè sicut isti(Ebræi)articulum suum ال *al* : ὁ ἡ τό.

Genus, & Motio.

IV. Genus cognoscitur passim, ut Ebræis. Neutrum & hîc exulat, ratione scil. formæ peculiaris, non usus.

V. Chaldæis & Syris generis fœminini forma duplex est : simplex & emphatica. Simplex suo masculino simplici adjicit אָ ܐ ut: טַב ܛܳܒ *bonus*, טָבָא ܛܳܒܳܐ *bona*. Emphatica syllabam תָא ܬܳܐ ut : טָבְתָא ܛܳܒܬܳܐ *bona* : מַלְכָּא ܡܰܠܟܳܐ *rex*, מַלְכְּתָא ܡܰܠܟܬܳܐ *regina*.

Arabibus fœmininū formatur additâ plerumq; terminatione ة חוּן absq; ullâ ulteriori masculini mutatione: rariùs, ى ا Elif vel Je servili. ut: טַיִּבוּן طَيِّب *bonus*, טַיִּבְתוּן طَيِّبَة *bona*.

Declinatio Prima.

VI. In Declinatione prima, masculinorum, Chaldæis & Syris duplex iterùm est forma plur. numeri, simplex & emphati-

phatica. Simplex adjicit syll: ין. ـين ut: אֱלָהָא *Deus*, אֱלָהִין *dij*. Emphatica Chaldæis definit in ־ַיָּא ut: אֱלָהַיָּא *dij*. Syris in ܐ ut: ܐܠܗܐ *dij*.

VII. In Declinatione secundâ, fœmininorum, simplex forma utrobiq; adjicit ן ـين ut: נַפְשָׁן vel נַפְשָׁא *anima*, נַפְשָׁן *animæ*: emphatica ־ָתָא ܬܐ ut: מְדִינָתָא ܡܕܝܢ̈ܬܐ *civitates*. Secunda.

VIII. Apud Arabes utraq; Declinatio masculin. & fœminin. coincidit in singulari & duali numero: in plurali variat nonnihil: uti mox videbimus.

IX. Dualis Chaldæis, quamvis rarior, usitatus (apud Syros exulat) definit in ־ַיִן ut יְדַיִן *duæ manus*. De Arabibus mox, ut dictum. Numerus Dualis.

X. Casus & ipsi Chaldæi & Syri habent latentes: pro אֵת Ebr. Chaldæis venit יָת. Syris sæpiscusculè ܠ. Casus.

XI. Arabes vicissim in utraq; declinatione per omnes numeros flectunt sua

nomina de Caſu in caſum: huncq; triplicem, Nominativum, Genitivum & Accuſativum, exeuntes ut plurimũ in vocalem nunnatã ٌ *on*, ٍ *in*, ً *an*. Singularisq; adeò eſt in Nominativo ٌ *on*, in Genitivo ٍ *in*, in Accuſat. ً *an*. Dualis in Nominativo انِ *ani*, in Genit. & Accuſat: يْنِ *aini*. Pluralis (qui varius eſt) Sanus h.e. perfectus, maſculinorum, in Nominat. ونَ *una*, in genit. & accuſat: ينَ *ina*: fœmininorum, in nominnt: اتٌ *aton*, in genit. & accuſat: اتٍ *atin*. Fractus, h.e. imperfectus, & maſculinorum & fœmininorum, in nominat: ٌ *on*, in genit: ٍ *in*, in accuſat: ً *an*. Deniq;, nomina invariabilia, *(de quibꝰ ſuprà membr. 2.)* ubiq; ferè habent in Nom: ُ *o*, in Gen. & Acc. َ *a*.

Comparatio. XII. Comparationis ratio & hîc ferme periphraſtica eſt: non item talis tamen per omnia Arabibus. *V. ſuo loco.*

XIII. Poſtremò omnium Species Nominum multò plures reliquis Orientalibus

bus populis agnoſcunt Arabes. *Quas V. ſis item ſuo loco.* *Species.*

CAPUT VI.

De Pronomine.

I. Pronomina ſeparata ubiq; in qvadruplici differentia ſunt. *Separata.*

II. Nec Perſonalia tantùm, ſed reliqua fere etiam apud Arabes genere & numero (etiam duali) variabilia ſunt: quædam horum ex parte caſibus item.

III. Perſonalia paſſim eadem ſunt: mutatis ſaltim mutandis paucis, ut fert genius lingvæ. *Quæ V. ſuo loco.*

IV. Reliqua & ipſa eadem partem ſunt, mutatis tamen itidem mutādis qvibusdam: partim variant nonnihil. *Confer ſingula.*

V. Præfixum unum habet Chaldæi & Syri: nempe ד, ? *qui, quæ, quod.* Arabes nullum. *Præfixa.*

VI. Affi-

Affixa. VI. Affixorum eadem paſſim qvoq; ratio eſt: mutatis ſaltem iterùm mutandis, indolem juxta (prout fert eadem) lingvæ. *V. omnia & ſingula ſuo loco.*

CAPUT VII.

De Particulis.

Separabiles I. Particulæ ſeparabiles uſu omnes addiſcendæ veniunt.

Inſeparabiles. II. Inſeparabiles Syris tantùm ſunt hæ tres: ܠ ܘ ܒ ſchevatæ & ipſæ, idē q; ſignificantes, cum Ebr. Arabes octo numerant haſce: أَبْتَسْ فَكَلُو phathatas pleraſq;. *V. ſuo loco.*

CAPUT VIII.

De *Literarum mutatione & abjectione generali.*

Hactenus fere de analogiâ Vocum Oriental: eademq; harmonicâ cōpendiariâ. Sequitur nunc anomalia, quæ in hiſce item lingvis maximam partem conſiſtit

ſiſtit in literarum & punctorum mutatione atq; abjectione generali. De illâ igitur haſce nunc tradimus regulas, cùm generales tùm ſpeciales.

REGULÆ GENERALES.

PRIMA.

Literarum vel quarumcunq;, ſive congeneres ſive minus tales ſint (maximè tamen illarum) permutatio in LL. Orientalibus facilis ſanè, multoq; eſt frequentiſſima. *Literæ Congeneres maximè:*

SECUNDA.

Literæ אחוי præcipuè, imprimis ܐܗܘܝ apud Syros, & deniq; اوي apud Arabes frequentiſſimè inter ſe permutantur: hæ etiam tres poſteriores in ſpecie apud Arabes vocalibus deſtitutæ poſt vocales heterogeneas iis fiunt homogeneæ. Ut: نَارٌ pro نَوَرٌ. *Literæ: אחוי:*

TERTIA.

Literæ אוי quieſcentes, præprimis ܘ radicale apud Syros, & hæ omnes apud *Literæ אוי quieſcentes.*

 Ara-

Arabes, ſequente giezma & quando excipiunt giezma (& alibi nonnunquam) implicitè plerumq; quieſcunt: h.e. abjiciuntur, manente vocali appropriatâ quietis.

QUARTA.

ي و ا apud Arab.

Inſuper atq; in ſpecie apud Arabes hæ tres præſertim literæ ي و ا, imprimiſq; viciſſim و & ي cùm mobiles tùm quieſcētes, radicales & ſerviles, ſub variis diverſiſq; conditionibus variè mutantur invicem, itemq; abjiciuntur. *De quibus ſingulis ſingulæ videantur ſuo loco regulæ adhuc, eædemq; generales.*

REGULÆ SPECIALES.

REGULA I.

De Primâ Radicali: ALEPH.

Prima radicalis א apud Chaldæos & Syros accipiens ratione formationis Scheva quieſcens in Conjugatione primâ activâ quieſcit: in Conjugatione tertia mutatur in Vau quieſcens. *Exempla V. ſuo loco.*

REGULA II.

De Primâ Radicali: WAU.

Prima radicalis Wau apud Arabes in Con-

Conjugationis primæ Futuro utroq; activo, cùm penultima habet kesram, & Infinito formæ نَصْرَةٌ abjicitur. *Exempla V. suo loco.*

REGULA III.

De Primâ Radicali JOD.

Prima radicalis Jod apud Chaldæos se habet, ut in Ebraismo: apud Syros in Futuro II. & Infinito Peal mutatur in ܐ quiescens in vocali tertiâ; in Aphel in Wau. *Exempla V. suo loco.*

REGULA IV.

De Primâ Radicali NUN.

Prima radicalis Nun apud Chaldæos & Syros abjicitur, ut in Ebraismo. (apud Arabes manet.) *Exempla V. suo loco.*

REGULA V.

De Secundâ Radicali VAU & JE.

Secunda radicalis Vau apud Chaldæos & Syros habet se fere, ut in Ebraismo: observatis scil. præterea observandis. Apud Arabes v. eadem, sicut & Je ي, quiescit ferme: observatis itidem observandis insuper. *Quæ singula cum exemplis V. suo loco.*

REGULA VI.

De Secundâ Radicali TERTIÆ SIMILI.

Secunda radicalis tertię similis &ipsa passim, apud Chaldæos nimir. Syros Arabesq;, habet se fere, ut in Ebraismo, h.e. abjicitur: observatis insuper observandis. *V. singula cum exemplis suo loco.*

REGULA VII.

De Tertiâ Radic. HE ALEPH & JOD.

Tertia radicalis ה Ebræorum apud Chaldæos ut plurimum, apud Syros perpetuò mutatur in א, י vel Jod: quod Aleph vel Jod (imô quodcunq; radicale) iterùm mutatur vel abjicitur, variis atq; perplurimis sub conditionib9, hic omninò reticendis: præterquam quod τὸ א, י sicut ה in Ebraismo, item abjiciatur, quādo ratione formationis accipit vocalem. (Sic א, י servile.) *De cætero V. illa omnia, singula unâ cum exemplis suis suo loco.*

REGULA VIII.

De Tertiâ Radicali WAU & JE.

Tertiæ radicalis wau & Je apud Arabes anomalia paucis absolvitur: [rarissimè scil. abjicitur] præsertim si regulæ observentur generales. *V. suo loco.*

REGU-

REGULA IX.

Tertiæ radicalis Nun & Tau anomalia apud Arabes (ſicut Ebræos) locum invenit: non item Chaldæos & Syros. *De Tertiâ Rad. NUN & TAU.*

REGULA X.

Dupliciter aut tripliciter imperfecta verba quæcunq; ſequuntur paſſim ſimpliciter imperfecta: obſervatis ſcil. obſervandis. *De dupliciter & tripliciter imperfectis.*

CAPUT IX.

De

Punctorum mutatione & abjectione generali.

De hac notetur primùm in genere: eandem obſervari fere Chaldæis, quæ Ebræis. Apud Syros v. Arabesq; parciùs multò illa inſtituitur. Planum. Quia Vocales tantùm iſti quinq;, hi tres agnoſcunt, neuter ſcheva compoſitum aut mobile, dageſch forte Ebr. nullum Syrus, præterea literæ gutturales cum reliquis pari paſſu ambulant &c. Unde multò abſolvuntur maximo negotio utriq;. Obſer-

vari poterunt nihilominus hæ viciſſim ſeqq. regulæ ſaltim potiores:

REGULA I.

Mutatio Punctor. ob Euphoniam.

Cholem Ebræorum Chaldæi uſitatiſſimè mutant in Kamets longum: Syri in vocalem quartám vel quintam, aut ité diphthongum. Ut: טוב Chald. & Syrus: טָבָא, ܛܳܒܳܐ יוֹם dies, ܝܰܘܡ & ܝܳܘܡܳܐ

REGULA II.

Loco Scheva Syri aſſumunt Vocalem primam, ſecundam vel tertiam: primam & ſecundam ſub literâ ܐ: tertiam ſub litera Jud initialibus. Ut: ܐܶܡܰܪ *dixit*, pro ܐܡܰܪ. ܐܶܟ݂ܘܽܠ *ede*, pro ܐܟ݂ܘܽܠ. ܝܺܕܰܥ *ſcivit*, pro ܝܕܰܥ.

REGULA III.

Ob Concurſ. Schevajm.

Duobus Schevajim ſimplicibus ratione formationis ab initio concurrentibus, Syri pro priori aſſumunt vocalem ſecundam vel primam, raró tertiam. ut: ܦܰܩܶܕ *mandavit*, ܦܶܩܕܰܬ *fæm.* ܓܰܒ݂ܪ *vir*, ܓܰܒ݂ܪܳܐ *idem.*

REGU-

REGULA IV.

Ob literas quiescentes.

Ob Olaph finale quiescens Pthocho Præteriti Syri mutant in Sekopho. ut ܗܘܳܐ *fuit*. In Nominibus verò ܐ radicale præcedēti literæ dat Rebhotso. ut : ܛܠܶܐ *puer*.

Vau verò & Jod Ebræorum & Chaldæorum quiescens quodcunq; Syri movent præcedente Pthocho, ita tamen ut cum hoc diphthongescat. ut : הוֹלִיד *genuit*, ܐܰܘܠܶܕ הֵימֵן *credidit*, ܗܰܝܡܶܢ

REGULA V.

Ob Vocis incrementum.

Ob Vocis incrementum sive literarum servilium accessionem Vocalium mutatio non æquè frequēs est, atq; apud Ebræos: maximè imprimisq; apud Syros.

Tsere tamē præsertim atq; Pathach (sic Pthocho & Rebhotso) ultimæ syllabæ, quotiescunq; subseq. litera accipit vocalem propriam, regulariter mutantur in Scheva. ut : פְּקַר בִּקְרַת פָּקָר / בְּקָרַת פְּקָרַת / בָּשָׂר *caro*, בְּשָׂרָא Syr. ܒܣܰܪ ܒܣܰܪܬ / ܒܣܶܪ ܒܣܶܪܬ / ܒܶܣܰܪ ܒܣܰܪ *caro*. ܒܶܣܪܳܐ *idem*.

REGU-

REGULA VI.

Apud Arabes. ApudArabes deniq; etiam mutantur non raro,(itemq; abjiciuntur) Vocales, cùm ſimplices inter ſeſe, tùm compoſitæ, ſic dictæ, ſive nunnatæ cum ſimplicibus, nec non τὸ Gjezma variis diverſisq; de cauſis atq; ſub conditionibus. *Quæ ſingula V. atq; omnia ſuo loco.*

LIBER II.

De SYNTAXI.

CAPUT I.

De *Syntaxi Nominum.*

REGULA I.

Syntaxis Convenientiæ. Syntaxis Convenientiæ tàm Subſtantivi cum Subſtantivo, quàm Ejusdem & Adjectivi paſſim eadem fere eſt.

REGULA II.

Syntaxis Rectionis. Subſtantivum quodvis regit & hîc alterũ rei diverſæ in obliquo caſu quovis, maximè Genitivo.

I. Ac Chaldæi & Syri quidem po-

ſteriori

ſteriori uſitatiſſimè præponunt particulam דִי vel דְ aut ܕ ut genitivi caſus notã: absq; ullâ aliquâ vocis præcedentis mutatione. ut: שַׁלִּיטָא דִי מַלְכָּא *præfectus regis, Dan. 2,2.* ܡܰܠܟܳܐ ܕܺܝܗܘܕܳܝܶܐ *rex Judæorum, Matth. 2,2.*

II. Quando negligitur דִי vel דְ aut ܕ mutatio quædam literarum & punctorum (præſertim apud Chaldæos) more Ebræorum inſtituitur. Scil:

III. Fœminina Chaldæorum formã ſyntacticam Ebr. imitantur. ut: מִלַּת מַלְכָּא *verbum regis, Dan. 2,10.* Syrorum mutant ܐ in ܬ præcedente pthocho. ut: ܕܚܶܠܬ ܐܠܳܗܳܐ *timor Dei, Act. 9,30.*

Deſinentia in וּתָא utrobiq; א cum præcedente vocali abjiciunt. ut: מַלְכוּת אֱנָשָׁא *regnũ hominis, Dan. 4,14.* ܡܰܠܟܘܬ ܫܡܰܝܳܐ *regnum cœlorum, Matth. 11, 11.*

IV. Plurale maſcul. Nun abjicit, & Jod apud Chaldæos quieſcit more Ebr. in tſere: Syris movetur ſuo modo per ptho-

cho.ut: חַכִּימֵי בָבֶל *sapientes Babel,Dan.2,2.* ܒܢܝ̈ܗ̇ ܐܘܪܫܠܡ *filij Urischalem,Marc.1,5.*

Plurale fœminin. ùtrobiq; mutat Nun finale in ת. ut: אֶצְבְּעָת רַגְלַיָּא *digiti pedum,Dan.2,42.* ܒ̈ܢܬ ܩܠ̈ܐ *filiæ vocum, Act.12,22.*

V. Apud Arabes prioris nominis Nun casuale quodcunq; perit: vocale servatâ quidem vocali ipsâ, consonans unâ cum vocali.ut: كِتَابٌ *liber,* كِتَابُ مُوسَى *liber Mosis ,* كِتَابَانِ *libri duo ,* كِتَابَا مُوسَى *libri duo Mosis.*

CAPUT II.

De Syntaxi Pronominum,præsertim Affixorum.

REGULA.

Passim Affixa Nominibus, Verbis atq; Particulis subjunguntur certâ lege & & sub certis conditionibus.

I. De Affixorum subjunctione in genere.

In genere. Affixorum subjungendorum diversitas

ſitas ſive diſtinctio, item ratio vel modus eorundem, vocalis prævia, accentûs ſedes & ſimilia etiam hîc locum habent, omninò hæcq; obſervanda ubiq; veniunt ſingula.

II. De Affixorum ſubjunctione cum Nominibus.

I. Nun nota multitudinis apud Chaldæos & Syros abjicitur, ut in Ebraiſmo. *Cum Nominibus.*

Affixumq; Jod totam multitudinis notam extrudit.

Affixum הי ܘܗܝ mutat Jod multitudinis in Vau, apud Chaldæos quieſcens in Cholem, Syros mobilē, more ſuo, præced. pthocho. ut: לְעַבְדוֹהִי *ſervis ſuis, Dan. 2. 7.* ܠܥ̈ܒܕܘܗܝ *Marc. 3:34.*

II. Apud Arabes ة fœm. gen: nota mutatur in ت, & Nun caſuale tollitur, planè ut ſuprà *Cap. I. membr. ult.* ut: عَمَّة *amita* عَمَّتُكَ *amita tua.*

III. Schemata Affix. Nominum *V.*

omninò ſuo loco. Eſtq; in his nimirum quædam & identitas & diverſitas quoq;. *Conf. ſingula.*

III. De Affixorum ſubjunctione cum Verbis.

Cum Verbis I. Chaldæi imitantur hîc maximè Syros.

II. Apud Syros Verbi qualitas, maximè verò Perſonæ attendendæ veniunt; quibus videlicet, aut minus, affixa commodè addantur: imprimis ܗܝ & ܘܗܝ affixa tertiæ perſonæ.

III. Schema Affix. Verborum (cum huc pertinentibus) apud Syros præſertim, *V. & ipſum ſuo loco.* Non contemnendi idq; laboris aut accurationis cujusdam. *Lege omninò & perpende.*

IV. Apud Arabes: 1. Elif otioſum poſt wau ſervile abjicitur. 2. Terminationi تُمْ poſtponitur wau, quieſcens in damma. 3. Uni Verbo etiam duo affixa ſimul apponi poſſunt. ut: أَعْطَانِيهِ *dedit mihi eum.*

IV. De

IV. De Affixorum ſubjunctione cum Particulis.

Particulæ non paucæ & apud Chaldæos & Syros inſtar Nominum pluralium affixa ſua aſſumunt. *V. ſuo loco.* Huc refer Verbum Subſtantivum ἄκλιτον אִית vel אִיתַי (ab Ebr. יֵשׁ) Syr. ܐܝܬ *eſt, ſunt.* *Cum Particulis.*

Pleonaſmus impr. Affixorum & hîc ſatis quoq; creber eſt.

CAPUT III.

De Syntaxi Verbi.

REGULA I.

Concordia Verbi eadem ubiq; fere eſt, quæ in aliis lingvis. *Syntaxis Convenientia.*

Nota: I. Verbum Subſtantivum הֲוָא & ܗܘܐ (It. אִית) Chaldæi & Syri imprimis frequentiſſimè adhibent in deſcriptione temporum plerorumq; : addito eidem fere participio præſenti ejus Verbi, quo utendum erat. ut: חָזֵה הֲוֵית *videns fui*, *Dan. 4,7.* pro *vidi.* ܗܘܐ ܡܥܡܕ *fuit baptizans, Marc. 1,4.* pro *baptizabat.*

II. Idem verbum Substantivum apud Arabes كَانَ, ita nuncupandi verba, pro nominativo Latino Accusativum post se habent. ut: اَللّٰهُ كَانَ قَدِيرًا *Deus est potens.*

III. Enallage numeri, generis, &c. (ita Ellipsis) passim obvia quoq;. Qualia Usus suppeditabit quotidianus.

REGULA II.

Syntaxis Rectionis.

Verbum finitum regit & ipsum passim Nomen, Pronomen, &c. in casu obliquo, mediante particula quadam inseparabili vel separatâ: v.gr. ܒ , ܠ, ܠܘܬ, ܥܠ, بِ لِ عَلَي مِنْ &c.

REGULA III.

Infinit.

Finitum & hîc regit infinitum, vel nudè & simpliciter, vel interveniente particulâ quadam.

Et junguntur invicem augendæ significationis causâ.

Gerundia item hoc (Infinito) passim exprimuntur.

Arabes

Arabes Nomen Verbale pro eodem adhibent: ut ſuprà dictum *Lib.I.Cap. IV. Membr.6. & 10.*

CAPUT IV.

De Syntaxi Particularum.

REGULA I.

Particulæ cùm ſeparabiles tum inſeparabiles Nominibus præpoſitæ faciunt paſſim periphraſin Adverbii cujusdam. *Adverb.*

Et Nomina quælibet aliàs facilè quoq; adverbiaſcunt.

REGULA II.

Præpoſitiones omnes (pauculis exceptis) apud Arabes regunt Genitivum. *Præpoſit.*

Nota:

Deniq; in genere, paſſim & in omnibus ſingulisq; Orientalibus lingvis pleonaſmꝰ, ellipſis, enallage &c. ex elegantiis, uſu, imò proprietate harū lingvarū ſunt.

Teſtetur experientia.

فَٱلْحَمْدُ لِلّٰهِ

ERRATA.

Contigit tandem, Lector benevole, contra omnem adhibitam diligentiam irrepſiſſe nihilominus errata quædam typographica; maximè circa puncta Ebr: quod nec mirum tamen videri poterit cuiquam: illa quocirca deprehenſa, ſive commiſſa ſive omiſſa eadem, tua de vero & facili reſtituet induſtria. Nos certè inter aliudq; agendum quaſi atq; obiter hæc notavimus ſubſequentia:

PAg. 19. figura τῶ Geraſchajim invertatur modò, pag. 32. lin. 6. deleatur alterutrum *in*. pag. 33. lin. 10. שַׁעַ poſitum pro שִׁיעַ pag. 56. lin. 9. קַחַת pro קחת pag. 60. lin. 15. קַנוּ pro קַרְנוּ pag. 66. lin. 21. מָוֶת pro מָוֶת pag. 73. l. 8. עֻוֹת pro עֶרְווּת pag. 88. l. 21. פְּרִי pro רְיוֹ pag. 102. lin. 9. וָה pro יָה pag. 120. l. pen. בֵּרֵךְ pro בִּרֵךְ Ibid. טָרַף pro טרף pag. 121. l. 19. גֹּבָה pro גָּבָה pag. 127. l. 17. בֵּעַ pro רֵעַ p. 128. l. 11. בֵּנִי pro בְּנִי pag. 135. l. 12. אֶלֹה pro אֱלֹה pag. 139. l. 16. ב pro כ p. 142. l. 18. צֶלַת pro צֶלַע pag. 152. lin. ult. ה pro תָ. p. 155. l. antep. לַנָה pro לְבָנָה. pag. 163. l. 9. עַל pro עַל lin. 21. רִי pro תִי p. 165. aliquoties הִנֵה pro הִנֵּה pag. 169. l. 10. omiſſ. כִּי: pag. 174. l. 3. קַ pro קָ pag. 175. l. antep. אֵל pro אֶל lin. pen. בֵּעַר pro בְּעַר p. 178. l. 9. פֶּ pro פַּ lin. pen. *undè* pro *nudè*. p. 193. l. 25. צַף pro אַף p. 195. l. 25. קֵ pro פֵ. &c. Vale.

F I N I S.